




Universitätsbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-496100-p0002-2

DFG






1713.

1. Bergerus, Dr. Samuel: *Transfusum sanguinis per vasorum minima . . . caput.*
2. Beijerus, Georgius: *Problema iuridicum ad cunctationem in fidei nullum anno successionem.*
- 3<sup>a</sup> = Grotius, Math. Henr.: *De observantia colligitorum iuridicorum . 2 exempl.*
4. Hartmannus, Dr. Gottfricus: *De impostatione geraeae in legitimam*
5. Hartmannus, Dr. Gottfr.: *De conditione indebiti contra rem jacobitam.*
6. Horn, Karp. Heinrich, Colligeri Tectorum . . . decq.  
anno : *et proportionem sollemnem . . . Iah. Grotius  
Nicolaus . . . innat.*
- 7<sup>a</sup> = Hornius, Karp. Henr.: *Lipita questam juris  
ecclesiastici controversi circa praestationes  
parochiarum et vatalium. 2 exempl. 1713  
i 1734. fol. 2.*
- 8<sup>a</sup> = Hornius, Karp. Henr.: *Reclito clericum non  
desimante.*

9. Kirchmair, Georg Wach: Te N. Hebergia Saxonum.
10. Pilatik, Dr. Steph.: --- Lepidus Romanorum; iusta  
vix prius contemplabatur.
11. Schreiter, Dr. Peter, Ordinis juridicorum ---  
Decanus: I. o. p. d (ad regulationem solennem  
Dr. Christophi Fritschii invitat)
12. Schreiter, Dr. Peter, Ordinis juridicorum ---  
Decanus: lectori benedicto s. p. d (ad regulationem  
solennem Georgii Adami Behrmanni  
invitat)
13. Schreiter, Dr. Peter, Ordinis juridicorum  
Decanus: lectori benedicto s. p. d (ad regula-  
tionem solennem Dr. Andreae Hagnini invitat)
- 14<sup>15</sup> Schreiter, Paul Christ: De inservitiora  
ministrorum ecclesiae, Von Einvernehmen der  
Kirker. Diener.
15. Stempel, Christ. Carol: De strate gemebitis  
in bello exercitus.

- 15<sup>a</sup> Strunzius, Fridericus : Controversiarum ex historia ecclesiastica  
secunda ac sigillation seculis primis alteraque nonnullae  
eventatae . . . ex canticis - publice proponunt.
- 16 Strunzius, Fridericus : Titulus Doctoris Iuris . . . illu-  
strabit
17. Vater, Abraham : Theoriam chymiae mechanicam  
ex compositionibus et generationibus corporum natura-  
rum attributis pars leges naturae . . . Denon.  
Stratum distil.
18. Vater, Christianus : De morte Tufentum Raditise
19. Wacker, Dr. Balder : De iurisdictione comparsie  
iuriis Lantberbeckianis
20. Wacker, Dr. Balder : Dissertatione iuridica mag.
- et titulum de procuratibus et procurandis agentibus  
imperii iuriis Lantberbeckianis
21. Wacker, Dr. Balder : De redintegrando maliis iuribus
22. Wacker, Dr. Balder : Abrogationis leonis hodie  
regnantis Cardi VI capitalationem Dissertatione I. T.



7  
SERENISSIMO PRINCIPE, AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO AVGVSTO,**

PRINCIPE REGIO, ET ELECTOR. SAX. HEREDE,  
ET RELIQUA,

RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,

CAPITA QVAEDAM  
**JVRIS ECCLESIASTICI**  
**CONTROVERSI**

CIRCA

*P. 363*  
**PRAESTATIONES**  
**PAROCHIANORVM, ET DOTALIVM,**

*PRAESIDE*

**CASPARE HENRICO HORNIO, JC.**  
POTENTISS. REGIS POLONIARVM IN ELECTOR.  
SAXON. PROVOCATIONVM SENATV CONSILIARIO,  
FACVLT. JVRID. ORDINARIO, ET SENIORE,

AC H. T. DECANO,

PRO



**DIGNITATE DOCTORAL**

OBTINENDA,

SOLEMNI RITV, IN AVDITORIO MAJORI,

D. XVIII. NOVEMBR. M DCC XIII.

HORIS ANTE, ET POST MERIDIEM STATIS,

DISPVVTATVRVS PROPONIT


**JOHANNES LVDOVICVS NICOLAI,**  
DRESDENSI.

VITEMBERGÆ, LITERIS GERDESIANIS.

6.8. num. 21.

*B*  
Q. D. B. V.

1713 7a



V I R O  
*AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO*  
ATQVE  
*EXCELLENTISSIMO*  
D O M I N O  
D. JOH. L V D O V I C O  
N I C O L A I  
J C T O LONGE CELEBERRIMO  
SAC. REG. MAJ. POL. ET ELECT. SAX.  
C O N S I L I A R I O A V L I C O  
M E R I T I S S I M O  
P A R E N T I S V O  
A E T E R N V M D E V E N E R A N D O  
S P E C I M E N H O C I N A V G V R A L E  
D A T D I C A T C O N S E C R A T  
F I L I V S I P S I V S O B S E Q V I O S I S S I M V S  
J O H A N N E S L V D O V I C V S N I C O L A I.

AIRIO  
MULTIZZINO CONSISTIZZINO  
EXCITIZZINO  
DOMINO  
D. Ioh. LADOCICO  
NICOLAI  
SAC. REG. MVL. POL. ET FECIT. SAX  
GONZILARIO AIRICO  
MERITISSIMO  
PARRINTI SAVO  
SPECIMEN HOC INVAGARVLE  
JOHANNES LADOCICAS NICOLAI

**C**Um moris hodie sit, ut illi, qui publica Eruditionis specimina edunt, haec Magnorum Virorum Nomini- bus adscribere soleant, certe nec mihi unquam vitio verti poterit, si praesens, quod oculis Tuis, VENERAN- DE PARENTS, se hic sistit, specimen inaugurale, Nomini Tuo, sacrum esse atque dicatum, voluerim. Te enim Vi- rum omnino Magnum esse, cum ipsi fateantur Maximi, & ma- xima Tua in Rempublicam merita satis superque loquantur, non possum non ego quoque Magnum Nomen Tuum, Tua- que Merita Magna, debitissime extollere laudibus, mihique de Tanto Parente gratulari publice. Svatet hoc Pietas, Reve- rentia jubet, multorumque beneficiorum, quibus a teneris us- que me affecisti, exigit recordatio, hinc quoque hujus conatus mei, a quovis veniam impetrare, non erit difficile. Et cum opti- me mihi sim conscientius, quo affectu, quo amore me studiaque mea haec tenus fueris prosecutus, maximo certe mihi semper do- lori fuit, mea, gratissimum declarandi animum, insufficientia. Accipe interim, VIR EXCELLENTISSIME, munuscum hoc, leve quidem ac tenue, ex sincerrimo tamen cordis affectu prodiens, idque aequi bonique consule, quia plura dare nequeo, cum nec paria praestare valeam. De cetero ita habe, me omnem imposterum daturum esse operam, quo intelligere possis, Beneficia Tua non male fuisse locata. Numen interim Ter Optimum Maximum ardentissimis invocabo precibus, ve- lit Te, per longam adhuc annorum seriem, vivum ac fospitem conservare, animumque Tuum, contra infirmitatem, quæ cor- pus haec tenus pressit, omnesque tristes, qui undiquaque minan- tur,

tur, seculi eventus, ita obfirmare, ut, quidquid mali quoque  
evenire possit, semper firmo ac constanti excipias pectore.  
Quod, si concederit Deus, habebit, de quo sibi gratulari pot-  
erit Respublica, nec unquam mihi deerit præsidium. Id quod,  
ex intimo cordis precatur,

**VIR EXCELLENTISSIME,**

**PARENTS HONORATISSIME,**

Dabam Wittenbergæ,

d. 16. Novembr.

1713.

JOHANNES LUDOVICVS NICOLAI.



## CAPVT I.

*Qua ratione inter ecclesiam ma-  
trem, & ejus filias, aliosque parochianos, distri-  
butio sumptuum, in ædificia ecclesiastica, vel et-  
iam alias in rem ecclesiæ impendendorum,  
fieri debeat?*



Vum quaestio incidit, cuius sum-<sup>1.</sup>  
ptibus ædes sacræ cultui divino,  
vel institutioni juventutis, vel et-  
iam habitationi ministrorum ec-  
clesiæ, & scholæ destinatæ, re-  
staurari, vel reparari debeant; ne-  
que lex scripta, nec consuetudo,  
hanc rem definiat, nec etiam pa-  
cta, vel res judicatae circa eam allegari queant: nul-  
lum dubium, ex arario ecclesiastico, si quod adsit, im-  
pensas hasce faciendas esse. Nam in huncce finem et-<sup>2.</sup>  
iam bona, & redditus in ecclesiæ collata sunt, ut fabricæ  
subveniant, atque ædes sacræ, aliæque, quas indicavi-

A 2

mus,

- mus, idoneæ sint ad eum usum, cui sunt dicatae. *Can.*  
*10. caus. 10. qu. 1. Can. 3. c. 10. qu. 3. C. 26. 27. c. 12. qu. 2. Brunnem. de Jur. Eccles. L. 2. cap. 2. §. 8.* Sin vero ærarium vel  
 plane desit, vel non sufficiat huic rei; non potest non erogatio horum sumptuum recidere ad eos, qui paroeciani vocantur, quorum scilicet causa, ut cultu publico divino, institutioneque doctrinæ coelestis, ac sacramentis, cum suis uti, ac frui possint, ædes istæ conduntur.  
 4. *cap. 4. X. de Eccles. edif. Brunn. L. 2. c. 2. §. 8.* quamvis, quod  
 ad ecclesiam cathedralem attinet, si ea, quæ ad reparationem templorum destinata, non sufficiant, Episcopus & Canonici ecclesia ejus, ac alii beneficiati, ex commodis suorum beneficiorum, quorum ad sustentationem necessariam non indigent, ea, quae opus, conservere debeant. *Linck. de Templ. Jur. Cap. 5. no. 72. 73.* Exegit ipse Deus a populo Judaico, ut ad exstructionem & ornatum Sanctuarii necessaria conferrent. *Exod. c. 35. v. 6. 22. cap. 36. v. 2.* atque hæc res in exemplum abiit, servataque fuit usu; postquam templum Solymæ exstructum, atque ejus reparacione vel restaurazione opus fu-  
 5. *it. II. Reg. 12. §. 22. Esdræ 2. v. 78. §. 3.* In nostris Ele-  
 toralibus Saxoniciis terris lex est in articulo generali  
 32. Die Pfarr-Kirchen/ Pfarr-Häuser und Kirchnereyen sollen nach Gelegenheit iedes Orths/ so viel möglich/ von der Kirchen Einkommen erbauet werden/ wo aber dasselbige füglich nicht geschehen könnte/ soll von denen Eingepfarrten/ ob sie gleich nicht unter einer/ besondern vielen Herrschafften besessen/ eine gemeine Anlage zu solchen Bau ic. gemacht werden. Conf. Decretum Synodale de Anno 1624. §. Wir erfahren auch ibi: Wenn die Kirche es füglich nicht ertragen kan ic. ic. item: Durch eine allgemeine Anlage die Pfarr- und

und Schul-Wohnungen wieder anrichten &c. Similia ha-  
bentur in Constitutionibus Saxo-Gothanis Part. I. cap. 6.  
Tit. 2. & Altenburgicis P. I. Conſt. 6. Tit. 2. Carpz. Jupr. Eccl.  
L. 2. Def. 328. 330. 338. 339. Linck. de jure templ. c. 5. n. 66. ſqq.  
Slevogt. de Un. Eccl. I. u. Quo posito æquissimum eſt, nullam 7.  
eſſe inter parochianos differentiam; verum omnes omni-  
no, quacunque dignitate alias, vel prærogativa gaude-  
ant, ſive nobiles fint, ſive non, cuicunque etiam Ma-  
gistratui alioquin ſubjaceant, ſymbolam ſuam conſerre,  
par eſt: cum omnes utantur commodo iſto, cura ſci-  
animarum, & facultate Deum publice colendi; niſi  
exemptio probari queat. Carpz. d. l. D. 341. 346. n. II. Brunn.  
J. Eccl. Cent. II. Dec. 34. B. a Lynck. Dec. 648. Neque etiam fo- 8.  
lum iſta res ad nummos conſerendos pertinet; verum  
etiam operæ, ſi opus, & a parochianis commode fieri  
queat, tum jumentis, tum manibus præſtandæ ſunt,  
prout ex dicta Ord. noſtr. Eccleſ. docet Carpz. def. 340.  
Evenit autem ſæpe numero, ut de diſtributione horum  
ſumptuum, vel operarum coram judiciis eccleſiaſticis  
lites incident: quod inter alias cauſas & tum fit, 9.  
quando plures eccleſiae ſunt unitæ, unaque matris,  
altera vero, vel plures, filiæ, vel filiarum rationem ha-  
bent; præterea etiam, quod ſæpe fit, ex alio loco, ubi  
nullæ ædes ſacræ, cœtus accedat parochianorum.  
Equidem ſi quaſtio fit de iſtauratione, vel reparatio- 10.  
ne eccleſiae matris, quaſi filias habet, filialifte, qui vo-  
cantur, ad fabricam matris regulariter nihil confe-  
runt; cum proprium templum conſervare, atque re-  
ſicere cogantur: niſi fortafe lex, vel mos, pacta, aut ju-  
dicata aliud exigant, Carpz. d. l. D. 345. Linck. de Jure Temp.  
c. 5. num. 56. Finckelth. de Jure patronatus c. 4. num. 93. Brun-  
nem.

- nem. de *Jur. Eccles.* L. 2. c. 2. §. 9. aut noviter templum extruxerint, cum olim habuerint nullum, *Mev. P. 3. D. 183. Brunnem. D. I.* Atque adeo hac parte lis plerumque cessat:
- ii. s̄epius vero tunc oritur, quando de restauratione ædium parochialium, & similiū, quæ in matre sunt, agitur. Ad hanc rem enim filialitas quoque teneri, æquitas postulat: quoniam ædes tales, illius usui dicatae, pastoris scilicet, vel alterius ministri ecclesiæ, cuius cura & opera tum illi, qui apud matrem degunt, tum qui apud filiam, utuntur. *Carpz. d. I. Def. 343. ill. B. a Lyncker. Dec. 1364.*
- iii. *Brunnem. d. I. §. 9.* Quæ quidem res tunc etiam limitationem pati potest, si in filia quoque ædes parochiales sint, quarum conservatio filialistis incumbit. Quod contingebat in casu, cuius infra mentio fiet, ubi quidem penes matrem habitabat parochus; sed tum ibidem, tum etiam apud filiam villas habebat. Ob quam causam filialistæ quidem condemnabantur ad sumptus propter habitationem pastoris apud matrem, non vero villam habitationi annexam; quum filialistæ villam apud se fartam teatam servare tenerentur. Fac itaque matrem esse, quæ filiam ecclesiæ, vel duas etiam filias, vel plures, vel etiam adhuc alios parochianos proprio templo destitutos habeat, atque sumptus faciendo esse; quæstio nascitur, quæ ratio contributionis ineunda sit: an scilicet mater dimidiā partem, alteram vero filialistæ, ac reliqui parochiani; vel num mater duas tertias, unam tertiam reliqui; vel an mater tertiam, atque si forte duæ filiæ adsint, quælibet aliam tertiam ferre debeant &c. an vero denique quilibet e parochianis, sive apud matrem degat, sive apud filiam, vel in loco, ubi nullum templum, æquis partibus hoc onus subire

subire debeat, ita ut unus tantum præster, quantum alter? Quæ quidem quæstio nulla lege, vel obſervantia generali ullibi est definita. Neque etiam in speciales conſtituções, ſi in fine nominandas excipias, incidimus, ubi diſerte decifa. Evidem Finckelth. Cap. 4. de jur. patr. n. 87. 14. affirmat, moribus hodiernis filiale eccleſiam, eccleſiae matri, ad reparationem ædificiorum, in tertiam partem condemnari. Sed probationem horum morum fruſtra expectas ab hoc auctore. Nihil enim pro ſua ſententia adducit aliud, quam ſententiam Confiftorii Lipsiensis, quam anno 1626. pronunciavit: Daß Beſtagte Gemeinde in filial zu vorhabenden Bau der Schenue und Ställe zu S. den zten Theil zu contribuiven / und zu erlegen ſchuldig. Quo quidem modo res nondum est confecta: longe enim plura ad conſvetudinem introducendam requiruntur, quam unica ſententia; quæ & fortalſe institutis peculiaribus illorum pagorum innixa eft. Nec ad rem facit, ſi maxime 15. aliam adducat, ubi anno ſequenti, ratione ſumptuum ordinationis & confirmationis, idem calculus placuit. Sane Carpz. d. l. def. 344. iſtam conſvetudinem negat: & ne quidem in terris Saxonicis illam admittit. Ne-16. que ſuprema Curia eccleſiaſtica, teſte eodem Carpozio, olim aliquid tribuit eidem conſvetudini, dum in reſcripto anno 1613. exarato, cum parochianis aliis filialiſtas æquali jure hac parte uti, jubet. Et licet in alio 1619. dato, ſæpius (gemeinlich / und mehrtheil) filialiſtas trientem præſtare ſumptuum viſitationum, dicatur, ubi præſeruum una tantum filia eft, atque ſecundum hæc cauſa, de qua tum agebatur, conſecuta ſit decisionem: non tamen generalis regula, nec in hac quidem ſpecie, ibi-

ibidem proponitur. Nec etiam meminimus, postea  
 utriusque intuitu, vel alterius cuiusvis collectationis, il-  
 lam ullibi proditam esse. Plane distributio hæc per se-  
 missem, trientem, quadrantem, difficultatibus est obno-  
 17. xia. Contingit enim saepe, filiam esse numerosiorem  
 matre; numerumque hunc augeri, si plures filiæ, vel  
 etiam alii adhuc parochiani extra matris fines habitan-  
 tes, deprehendantur. Quo quidem casu id eveniet,  
 onus quod ferre debet unus apud matrem habitans, ni-  
 mium excedere illud, quod habitatoribus intra ambitum  
 filiarum, vel parochianis propria templo carentibus  
 imponitur. Fieri tamen etiam potest, ut filia, ex pau-  
 cioribus capitibus constet, atque vix viginti, vel decem  
 numeret patresfamilias; mater vero viginti, triginta  
 &c. & multo plures producere queat. Quod dum fit,  
 parum æquum foret, filiam, angustis limitibus inclusam  
 dimidiare, tertiam, vel quartam partem pendere. Idem  
 judicium est ferendum de universitatibus ad parochiam  
 18. pertinentibus, æde sacra destitutis. Aequissimum ergo  
 videtur, si omnes, qui æquali commodo gaudent, æ-  
 qualiter etiam oneri subjiciantur, sive de collectis ad in-  
 staورandas, & reparandas ædes sacras, & ecclesiasticas,  
 sive ad alias res necessarias queratur; atque sic non ratio  
 habeatur numeri ecclesiarum, vel communictatum unita-  
 rum, sed potius personarum, vel familiarum in tota paro-  
 chia existentium; nisi fortasse propter conventiones ex-  
 pressas, vel tacitas, aut judicatae rei auctoritatem aliud fit  
 19. dicendum. Evidem hoc non possumus dissimulare, illos  
 parochianos, qui matre ecclesiæ adsunt, quibusdam in  
 rebus majori commodo uti, quam illos qui extra ma-  
 tris limites degunt. Namque isti pastorem secum quo-  
 tidie

tidie habent, nec opus est, ut e longinquo illum accer-  
sant, siveque ejus praesentia frui possunt; quo beneficio  
carent filialistæ, aliique parochiani proprio templo de-  
stituti. Deinde quia in matre secundum nostras leges  
ecclesiasticas, *Decretum Synodale revisum* §. 31. confessio-  
nes peccatorum fieri debent, illi, qui intra matris confi-  
nia sunt, incommodis itineris, quod filialistæ, & reliqui  
facere tenentur, carent. Tertio plerumque saepius sacri  
sermones in templo matre, quam in filiabus habentur;  
siveque saepius, si divina audire volunt, filialistæ in alium  
locum se conferre coguntur, quam parochiani matris:  
quod semper facere tenentur, qui nullas proprias ædes  
sacras habent. Quas ob causas haud iniquum, sed  
maxime æquum videtur, si illi, qui una ratione gravan-  
tut; alia levamen sentiant, *juxta l. 30. ff. de Jurej. l. 10. ff.*  
*de R. J. l. 6. ff. de Jur. dot.* atque ita minus, quam parochi-  
ani matris, alii parochiani in hanc rem conferant.  
Utrum tamen haec æquitas semper obineri queat, si se-  
condum numerum ecclesiarum, vel univeritatum di-  
stributionem suscipias, & matrem saltem hac ratione a  
reliquis distingvas; alia quaestio est, quæ vix affirmari  
poterit. Res ergo tota eo redit, ut contributio haecce<sup>20</sup>  
ad arbitrium judicis referatur, qui pro re nata, circum-  
stantiis omnibus, præsertim numero parochianorum, &  
eorum conditione, bene perpensis, quantum a quolibet  
conferendum, omnium optime definire potest; quive, si  
de pactis, vel moribus hujus, vel illius loci liquido con-  
stet, secundum ea pronunciat. Senatui Provocatio-  
num summo, cum de hac re judicandum esset, in cau-  
sa derer zur Kirchen zu S. gehörigen Filialen ∵ N. A. S. zu L.  
atque parochianos ad matrem L. pertinentes, placuit

B

qui-

quidem re omni, cum iis, quæ circa eam stabant, probe excussa, filialistas trientem præstare debere; sed certo tamen modo, quem sententia sequentes indicant. Namq[ue] primum termino hyberno 1713, pronunciatum est: *Das gestalten Sachen nach wohl verfahren: Es sind aber von Appellantens Principalen die Führen und Hand-Dienste nur zu  $\frac{1}{3}$  zu der neuen Pfarr-Wohnung / nicht aber zu denen fol. 61. his Act. angegebenen Hoffmeisterey / Scheunen / Stall / und Back-Haus zu L. zu verrichten/ zu welchen Ende die Sache an dero vorigen Richter x.* Quæ sententia postea termino æstivo ejusdem anni in hunc modum declarata est: *Das der dritte Theil der Führen und Hand-Dienste dergestalt zu verstehen/ das wenn die sambtlichen Eingepfarrten zu L. (ubi mater est) viritim und nach der Reihe zweymahl besagte Führen und Dienste verrichten/ die zur Kirche zu S. gehörigen filialisten von Anspännern und Häuslern aufs iest besagte Arth ebenfalls solche einmahl zu leisten schuldig. Plane prudens iudex semper operam dabit, ut lites hæ, si fieri posuit, transactione amicabili sopianatur. Ceterum ex Dn. Slevogtii, celeberrimi viri, Dissert. 3. de unione Ecclesiarum cap. 1. §. 11. didicimus, Ordinationis Vinariensis L. 2. c. 14. de hac qvæstione sequentia haberi: Und ist diesfalls unter denen Eingepfarrten der Haupt-Kirchen / und filialisten dieser Unterscheid zu halten/ das diese den dritten Theil / jene aber zwey Drittheil darzu bezutragen haben. Waren aber deshwenen Verträge/ oder sonst beständiges Herkommen vorhanden/ so würde denselben ferner billig nachgegangen. Conferri potest Fritzschii Jus Eccl. P. 3. p. 283. n. 1. 9. ubi alibi placere traditur, deficientibus pactis, vel notoria observantia, ratione omnium collectarum, propter ecclesiam instituendarum, hanc rationem inuen-*

ineundam esse: Dass die gesambten Eingepfarrten/ sie wohneten gleich bey der Haupt-Pfarren/ oder deren filialen/ nach eines ieden Vermögen und Gütern an Gelde/ Frohnen/ oder sonstem Beytrag thun/ und also die erwehnten filialisten/ weder mir auf den dritten Theil sich zu berussen haben/ noch über Vermögen mit demselben beschwehret werden sollen. In ordinatione Ecclesiastica Magdeburgica Cap. 24. §. 3. jubetur: ut collatio ecclesiae filialis fiat, nicht eben zur Helfste/ sondern etwa zum dritten Theil nach der Einkünften proportion: quod ad filialistas quoque pertinere putamus. Reapse itaque id, quod modo asseruimus, ibi constitutum est, & res ad arbitrium judicis reddit, qui tamen ad facultates respicere tenetur. Comp. Nicolai Ref. pract. I.

¶. 15.

## CAP. II.

I. *Qua ratione inter singulos parochianos distributio sumtuum, vel onerum propter ecclesiam ferendorum fieri debeat?* II. *Quæ proportio inter mansarios, (Hüffner) hortulanos, (Gärtner) & alios servanda?* III. *Quid ve-  
niat nomine der Hand-Dienste?*

**O**mnes parochianos ad fabricam ecclesiæ, aliorumque ædificiorum ecclesiasticorum symbolam suam in commune conferre debere, in præcedenti capite est dictum. Quod & ratione aliarum rerum necessiarium recte affirmatur. Fieri vero debet haec collatio secundum

B 2

I.

dum regulas justitiae distributivæ, & proportionem geometricam, ita scilicet, ut secundum facultates, vel quia haec non semper cognosci possunt, saltem secundum possessiones, quibus quilibet gaudet, queve in oculos incurront, contributio fiat; quamvis æquum sit, eos etiam qui prædiis, & fundis carent, aliquid contribuere. Qua quidem parte licet inæqualia conferantur, æqualitas tamen maximopere observatur, quod pluribus ostendit

2. *Carpzor. Lib. 2. Def. 342.* Ob hanc causam sæpius nostra Consistoria turbant lites, quæ inter mansarios (Hüffner) eosque vel totales, (Ganz-Hüffner) vel partiales, (Halb-Hüffner) atque deinde hortulanos, (Gärtner) illosve, qui tuguriola saltem possident, (Häusler) intercedunt; quas illi etiam interdum suscipiunt, qui in quibusdam locis Anspräuner / Pferdtner / Cossäten / Hinter-Sättler / Hinter-Sassen &c. appellantur. Legem, vel consuetudinem generalem non meminimus nos reperiisse, nec in constitutionibus quidem harum regionum, quæ normam certam distributioni huic præscribat. Evidem apud *Carpz. Jur. Eccles. Lib. III. d. 342.* in Rescriptis ao. 1607. quæ Consistorium supremum ad Superintendentem Chemnicensem, & Misenerensem dedit, provocatur ad decretum Synodi, hujus tenoris: Daß zweene Halb-Hüffner vor eine Hufse / 6. Gärtner vor eine Hufse und 12. blosse Häusler vor eine Hufse gerechnet werden sollen. Secundum quod decretum etiam ibidem Senatus Sax. Elect. supremus rescripsit. Sed quando, & ubinam hoc decretum Synodi conditum, & num publici juris factum? nobis quidem non constat. Sane in decreto Synodali generali hac de re nihil habetur, quod 1624. post illa rescripta promulgatum est. Apud eundem *Carpz. d. def. 342. n. 18. 19.* alia duo
- 3.
- 4.

duo Rescripta leguntur ejusdem Proto-Synedrii, anno  
611. 612. data, in quorum uno habetur: *Wann es dann  
Landgebräuchlich/ daß die Anlagen nach den Hussen zu ver-  
richten/ und 4. Gärtner/ sowohl 8. Kostahlen/ oder Häusler  
gleich einer Hussen zu achten s. in altero: Dass zu Auffrich-  
tung der neuen Pfarr-Scheinen 2. Halb-Hüffner/ sowohl 4.  
Gärtner/ soviel als ein Hüffner zu Erfüllung angeregter An-  
lagen gleich andern Eingepfarrten contribuiiren sollen. Ut  
adeo ex his liqueat, nullam certam regulam, semper  
& ubique observandam extare. Quodsi ergo nec con- 5.  
suetudo loci, nec pacta, aut res judicatae, de quibus Ju-  
dex sollicitus esse debet, adsint, nec per transactionem  
res componi possit, quam judex prudens, ut in aliis,  
ita maxime in his rebus svadebit litigantibus, ex aequo &  
bono secundum conditionem cuiuslibet generis paro-  
chianorum, quæ variat sæpe, licet nomina eadem repe-  
rias, hæ litæ sunt dirimendæ. Fecit hoc idem Senatus 6.  
supremus Eccles. per Rescripta n. 16. 17. in quibus par-  
tim ad conservudinem, & observantiam, partim ad cir-  
cumstantias respexit, atque, illis id exigentibus, decrevit:  
Dass die Häusler/ welche kein Feld haben/ zweene soviel als ein  
Pferdtier/ oder Gärtner geben sollen/ it: Dass 16. blosse Häus-  
ler gleich einen Hüffner contribuiiren sollen. Quæ omnia  
quoque probat *Carpz. in l. alleg.* Atque, idem illud Con- 7.  
fistorium Ecclesiasticum Wittebergense sæpius in usum  
deduxisse, constat. Quod factum in causa der Halb-Hüff-  
ner und Gärtner zu Melpitz/ contra die Ganz-Hüffner daselb-  
sten/ ubi 8. Febr. MDCCVIII. judicatum: Dass 2. Halb-  
Hüffner soviel als ein Ganz-Hüffner/ und gestalten Sachen  
nach 4. Gärtner auch soviel/ als ein Ganz-Hüffner zu denen  
Geistlichen Gebäuden beyzutragen schuldig. Præter hæc exi- 8.  
gunt*

- gunt leges nostræ ecclesiasticæ, ut parochiani quoque, pro re nata, jumentis, & manu operas ad ædificia sacra, & ecclesiastica restauranda, vel reparanda, præstare debeat. Ita enim articulus generalis XXXII. se habet: Die Eingepfarrten aber Ros- und Hand-Dienste darzu leisten. Simile quid habetur in Decreto Synodali de Ao. 1624. §. Wir erfahren nicht weniger ganz ungern. Quod in pagis plerumque in usum deducitur, vel oppidis minoribus: in majoribus enim cives magis commode pecuniam conferunt, qua operarii conducuntur, quam tales operas 9. præstant, prout advertit *Carpz.* Def. 341. d. l. Cum itaque illi, qui pagos incolunt, nulla tamen jumenta, equos, vel boves habent, ad hasce operas, quæ jumentis fieri debent, non idonei sint, consequitur, hasce ab illis exigendas esse, qui jumentis instruēti, ac Hūffner / Pferdtner / Auspāmer appellantur; reliquis autem, qui Gārtner / Cossāten / Häusler dicuntur, ac jumentis destituti, operas manuarias, Hand-Dienste relinquendas esse. Atque ita istas leges usus constans interpretatus est, *Carpz.* d. l. 10. Solent tamen interdum lites oriri, quānam res ad operas manuarias pertineant; qualis quæstio disceptata est inter parochianos ecclesiarum Melpicensis, quam modo nominavimus, sub Dioecesi Torgaviensi. Quaerebatur autem præsertim de hisce operis: des Stückens / oder / ut alii loquuntur, des Stackens / Kleibens / Lattens / und Strohde- cens. Mansarri dīc Hūffner dicebant, hasce operas ad manuarias, & rusticas referandas, nec ullius artis esse, sed a quolibet, & ab iis præstari posse, ac solere, qui Handlanger vocantur. Provocabant etiam ad consuetudinem vicinorum, ac usualiem interpretationem constitutionum ecclesiasticarum, quarum utraque se juvari posse, existimabant.

mabant. Opinabantur porro, longe æquius esse, si hortulani hoc onus ferrent, cum, quando pecunia conferenda, quatuor ex illis tantum præstarent saltem, quantum mansarius, & sic longe melioris conditionis essent, quam hi mansarii. At vero altera pars asserebat, <sup>ii.</sup> operas istas non simplices manuarias esse, sed peritiam quandam, &, si non insigne, & ingeniosum, aliquod tamen artificium requirere, nec omnes rusticos manuariam operam præstantes ad hanc rem peragendam aptos esse. Producebant etiam testes, qui affirmabant, contignationem, vel conjunctionem tignorum, aut asserum, seu trabecularum, quibus tegulæ cujuscunque generis imponuntur, (das Latten), ad industriam fabrorum lignariorum pertinere. Mores vicinorum, dicebant, dubios esse; et, si certi, haud licere in his rebus de loco ad locum argumentari. Pariter usualis interpretatio satis probata haud erat. Atque, quod propter tenuiores facultates minus conferrent hortulani, si nummi erogandi, id non in odium ipsorum esse retorquendum, asseverabant. Quæ omnia permovere Judicium ecclesiasticum Wittebergense, ut in sequentem modum 19. April. M DCC VIII. enunciaret: *Dass unter denjenigen Hand-Arbeit / so die Befl. Gärtner zu denen Kirchen-Pfarr- und Schul-Gebäuden zu thun schuldig / das Stücke / Kleiben / Latten / und Decken nicht zu verstehen / diesemnach Klägers Suchen diesfalls nicht statt hat; sondern es ist das Lohn vor obbenannte Arbeit von denen sämtlichen Ganz-Halb- Hüßnern und Gärtner nach der in dem judicato fol. 39. b. (d. 8. Febr. 1708.) enthaltenen proportion einzubringen / oder nach dieser proportion bezührte Arbeit von ihnen ingesamt zu verrichten. In übrig-* gen

- gen werden die von beyden Theilen in dieser Sache außgewandte Unkosten gegen einander billig compensiret und außgehoben. Frustra mansarii remedio suspensivo utebantur: et qvamvis post sententiam confirmatoriam ad Potentissimum provocarent, nullum tamen apud eum assensum impetrare poterant: quin potius rejecta appellatione, sententiæ istæ vires rei judicatae consequebantur. Eandem vero decisionem quoad quasdam species etiam placuisse Juridico Ordini nostrati, A. MDCXCIII. ubi de operis subditorum domino præstandis, & speciatim: Ob das Latten und Decken zum Hand-Bau-Dienste gehöre? quæstio oriebatur, docet illustris Bergerus P. II.
13. Disc. For. p. 1799. Non possumus tamen disimulare, majoribus, qui olim ecclesiastico Consistorio asidebant, aliud quondam A. MDCLXI. quoad species quasdam visum esse, quippe qui in causa Dn. Commendatoris in Dansdorff, contra die Huffner/ und Cosäten daselbst/ & in Kranepuhl/ in hanc sententiam pronunciarunt: Die Cosäten aber das Stücke/ und Kleiben zu denenselben Pfarr-
14. Gebäuden zu leisten pflichtig. prout Acta testantur. Cæterum meminimus etiam, disceptatum esse, num collectæ hæ secundum rationem sexagenarum, derer Schöffe/ quæ quidem sæpe parum æqua est; an secundum eum modum, quo steuræ, quas quatember, vocabulo hodiernæ rerum faciei parum convenienti, vocamus; vel secundum numerum mansorum, aut mensuram agrorum, vel alio modo exigendæ? quæ quidem res, quum nulla lege generali scripta, vel non scripta definita, juxta peculiares mores locorum, vel pacta, aut, & his
15. deficientibus, ex arbitrio judicis definienda. Plane si zelus pietatis hominibus inesset pro cultu divino, & religionis

gionis studio, litibus hisce carere possemus: qvilibet enim sponte, & plus, quam deberet, pro facultatibus suis conferret sine dubio, & longe pulcherrima disceptatio, quis liberalitate vinceret alterum, inter eos foret. Hunc zelum apud Judæos fuisse quondam, legimus *Exod. 35. & 36. Esdræ 2. & 3.* qui & aliquando eo progrediebatur, ut liberalitas hominum fræno indigeret. *Exod. 36. v. 5. 6.* quo quidem apud nos hodie opus non est.

### CAP. III.

*Utrum parochianus per conventionem cum ecclesia, solutione certæ pecuniae summae, liberare se posset a præstatione sumtuum, vel operarum ad restorationem, vel reparationem ædium sacrarum & ecclesiasticarum?*

**E**x facto de hac re quæsitum est. Namque nobilis M. ab A. ad parochiam C. relatus, egerat cum parocho, & curatoribus ecclesiæ, imo etiam ejus patrono, si recte meminimus, ut a nexu præstationis illius, de qua quæritur, liberaretur, promissa certa pecunia summa; ex cuius pecunia usuris, sumtus illi, ut dicebatur, desumi, vel operæ redimi poterant, quos, quasve parochianus iste alioquin præstare debebat. Videbatur etiam ex hisce fructibus pecunia lucrum interdum capere posse ecclesiam: quia non semper nummi in ista aedificia erogandi, atque eadem in optimo nunc statu deprehendebantur.

C

deban-

- debantur; & sic, non nisi post multum temporis, præstatio illa necessaria videri poterat. Speciosa hæc apparabant; atque ideo Consistorium, ad quem ista res pertinebat, non dubitaverat, conventionem istam confirmatione sua dignari. Sed quum reliqui parochiani hanc rem inteligerent, valde quererentur de injuria a compareciano sibi illata; atque causam ad Judicium sumum per provocationem deferebant. Ajebant enim, maximum ex isto pacto præjudicium sibi nasci, & sine facto suo, onus in se devolvi, quod ferre eos in gratiam aliorum, omnino nefas sit. Fieri enim posse, ut vel per incendium, vel per alium casum ædes istæ magna decrementa caperent; vel etiam plane consumarentur, aut destruerentur: atque tunc usuras illius pecuniae, forte etiam ipsam sortem, non sufficere huic impensæ. Posse quoque contingere, addebat, sortem istam interire, atque nihil sic supereesse, ex quo sumtus peti queant: itaque non posse non fieri, ut onus reliquis parochianis accrescat, & iniqua conditio ex facto aliorum, contra naturalem æquitatem inferretur. L. 74.
4. ff. de R. J. Quam ob causam maximopere petebant, improbari istam conventionem. Äqua est vīa hæc Sententiū petitio: quam ob causam prouinciavit, eam ratam non esse, termino æstivo 1711. Sententia hæc fuit: Dass die eingewandte Appellation &c. der Materialien halber erscheinet aus denen Achten und derer Partheyen rechtl. Einbringen so viel/ dass wohl appelliret; Derowegen Appellat, und dessen Guth Podelwitz nach 14. Hufen/ so viel dessen Contingent an Gelde und Schöben betrifft/ gegen Entrichtung eines Capitals von 150. fl. an die Kirche zu E. von dieser bey denen geistl. Gebäuden daselbst nicht zu übertragen/

tragen/ sondern er die dazu benötigten Anlagen an Gelde/  
und Schöben in Zukünft abzustatten schuldig. V. R. W.  
Remedium suspensivum, quo utebatur Nobilis, haud  
profuitad reformatoriā obtinendā: quin potius pri-  
or sententia confirmata est termino aestivo 1712. Etsi  
enim de futuris contingentibus nulla, ut dicitur, deter-  
minata datur veritas: prudentis tamen viri est, & ea  
respicere, quæ evenire possunt, & damnum nondum  
factum quidem, quod fieri tamen facile potest, averte-  
re a se, & suis rebus. Quamobrem multa in jure no-  
stro reperiuntur, ob futura contingentia constituta: &  
sæpius judices, in definiendis causis, eorum rationem  
habent, quod vel ex solo argumento danni infecti  
satis patet. Plane melius est, juxta effatum Imperato-  
ris, intacta jura servari, quam post vulneratam causam  
quærere remedium. L. ult. C. In quibus caus. in integ. rest.  
necess. non est. Quod si omnes parochiani inter se con-  
venirent, de pecunia ecclesiæ numeranda, ex cuius u-  
suris sumitus hi desumi possint imposterum; pactio qui-  
dem inanis haud foret: verum, si ærarium ex hac pe-  
cunia locupletius factum, non sufficeret huic impen-  
sæ, res tamen iterum recideret ad parochianos.

---

## CAP. IV.

*Utrum patronus sumtus ad ec-  
clesiam instaurandam, vel reparandam sup-  
ditare teneatur?*

C 2

De

1. **D**e juribus, & oneribus illorum, qui jure patronatus ecclesiastici gaudent, agere hoc loco, non patitur institutum. Unicam tamen, quia ita occasio fert, ut de ædibus sacris agamus, expendamus quæstionem; num scilicet ad fabricam ecclesie sumptus suppeditare teneantur? Evidem hoc nemo negabit, ad Patroni officia inter alia, & hoc pertinere, ut curet, ædes sacras, & ecclesiasticas, in eo statu esse, & conservari, ut finis, propter quem habentur, obtineri queat, *C. 31. 32. c. 16. qv. 7. Finckelth. de J. Patr. c. 6. n. 156. sq. Brunneman. J. Eccl. L. II. c. 2.*
2. **§. 10.** Quam ob causam etiam cura ærarii, & reddituum ecclesiasticorum ad ipsum pertinet, de quo ex *Art. general. 35. §. Und es soll ic. Resol. Grav. noviss. §. 3.* apud nos satis constat; imo etiam cura, & cognitio circa ædificandi necessitatem, illi una cum Superintendente demandatur. *Art. gener. 32. §. Damit. id quod & in aliis ordinacionibus ecclesiasticis passim fieri videmus. Finckelth. d. l. n. 160. 161.* Alia vero quaestio est, an suis sumtibus hanc curam suscipere debeat? quod sane omnino est negandum. Nullibi enim legimus, hocce onus Patrono impositum esse. Sive enim ex fundatione, sive ex dotatione, sive reædificatione denique jus patronatus originem ducat, ultra liberalitatem suam, quam præstitit femel, ad novas præstationes haud tenetur; *Paulus de Cidadinis de J. Patr. P. 3. Art. 5. n. 3. conf. dicta Cap. I. n. 2. seqq. nec par est, exigere ab eo, ut suis sumtibus, vel stipendiis istam curam invitus suscipiat. a. I. Cor. 9. 7. c. 16. X. de prescript. L. 33. §. 3. ff. de administ. Tut. & Cur. L. 46. §. 6. ff. de procur. Finckelth. d. l. c. 6. num. 158.* nisi se ipsum ad illas præstationes adstrinxerit, vel fortasse conservudo, cui in hisce rebus multum tribuitur, *C. 42. X. de Sim. Panorm. c. 1.*

n. 3.

n. 3. de Ecc. adif. vel lex aliud exigat. Si itaque ecclesia  
 plane collapsa, vel everfa, vel etiam reparatione indi-  
 get, dosque ecclesiæ, & ejus redditus non sufficient, im-  
 pensis ad hanc rem necessariis; parochiani, si cultu pu-  
 blico uti velint, solliciti sint, necesse est, de sumtibus,  
 quibus Patronus, si ipse paroecianus simul est, symbo-  
 lam quoque suam adjicet, vel aliorum liberalitatem quæ-  
 rant. Sane, si destructa plane ecclesia, Patronus, qui  
 ex ædificatione jus patronatus consecutus, reædificare  
 ecclesiam nolit, jus suum patronatus amittit; atque si  
 alius quidam reperiatur, qui reædificatione velit defun-  
 gi, ille noviter jus hocce consequitur, juxta Nov. 67. c. 2.  
 si scilicet, ut supponimus, funditus eversam, vel destru-  
 etam restauret; alias enim si reficiat saltern, quod qui-  
 dem consensu patroni fieri debet, Brunnem. d. l. c. 2. §. 10.  
 jus patronatus non adipiscitur, nec pristini Patroni jus  
 per id extingvi potest. *Rochus de Curte de Jur. Patr. Part. 8.*  
*n. 10. & 12. Brunnem. L. 2. c. 2. d. l. §. 10.* Instum vero &  
 æquum est, ut, antequam alteri reædificatio conceda-  
 tur, prior ille Patronus moneatur, quo ipse, si velit, re-  
 stauret ecclesiam: huic enim vel ejus successoribus ob-  
 primam liberalitatem in ecclesiam semel collatam, me-  
 rito in hac re primæ partes tribuendæ. *Rochus d. l. n. 12.*  
*Stryk. ad Brunnem. d. l. §. 10. Finckelth. C. 4. de J. Patr. n. 50.*  
*sqq. Præjudicium, ubi Patronus a præstandis sumtibus,*  
*ad ecclesiæ reparationem necessariis liberatus est,*

suggerit illustris *Lynckerus Decis. II. 22. in*

*Cent. XII.*

C 3

CAP.

## CAP. V.

*Ad Superintendentis munus pertinere etiam distributionem collectarum, quæ propter ædificia sacra, & ecclesiastica instituntur, nec non exactionem, & examinationem rationum super his collectis.*

1. **Q**uum parochiani sumtus in fabricam ecclesiæ contulissent, atque a parocho, & curatoribus rationes reddendæ essent pecuniæ acceptæ, atque expensæ; parochus satis putabat esse, si parochianis rationes hæ exhiberentur, redderenturque, atque simul Patrono, & Dominis jurisdictionis, quibus suberant parochiani; existimabatque porro, sufficere, si ab his essent rationes discussæ, & putatae, & liberatio ipsi contigisset; nullas vero hic esse Superintendentis partes: atque ob hanc causam huic editionem rationum plane denegabat. Qua quidem in re non dissentientes, sed assistentes, & adstipulantes potius habebat illum, qui Patroni loco erat, & parochianorum quosdam Dominos jurisdictionales. Neque etiam patiebatur parochus a sua sententia se dimoveri per rescripta Consistorii; sed in eadem persistebat. Summa illorum, quæ causabatur, eo redibat, nemini esse reddendas rationes, nisi illi, ad quem res pertineret; pertinere autem ad neminem, nisi ad eos, quorum interesset: hos vero illos esse, qui propter ædificationem ædium parochialium sumtus illos contulissent, nempe parochianos, qui ex autoritate Dominorum hac re defuncti. Nihil, e contrario,

trario, interesse ecclesiæ, ex cnjus ærario sumtus hi non essent erogati, nedum Superintendentis, ad quem nihil attineret, sive redditæ sint rationes, sive non, nisi frustaneum laborem in se suscipere, vel entia præter necessitatem multiplicare velit. Verum enim vero nemo, qui rerum ecclesiasticarum peritus est, dubitabit, hæc omnia frustra dici. Namque primo cura ædium sacram, & ecclesiasticarum, uti & omnium bonorum, ac reddituum ecclesiasticorum, secundum Canonicum jus, ad Episcopi jura, & speciatim ad legem Dicecefanam pertinet; prout post alios docet *Linkius de Jur. Episcop. c. 10.* quorum jurium exercitium a Principibus evangelicis, tum Consistoriis, tum etiam sub horum directione Superintendentibus concredi solet. *Carpe. L. 2. J. P. Ecc. D. 334. 335. 336. n. 2. 339. Ziegel. de Superintend. c. 24. 26.* Deinde in *Art. gener. nostao 32.* diserte cautum est, ut, si necessitas ædificandi immineat, illud ex cognitione, & decreto Superintendentis, ac Collatoris fiat; atque ex illorum arbitrio pendeat, quid non tantummodo ex ærario suppeditari poscit, vel debeat; verum etiam quid parochiani in hanc rem debeant præstare. Verba ita se habent: Damit aber die Kirchen nicht zuviel beschwehret / wenn etwas an Kirchen / Schulen oder Pfarren zu bauen vorfällt / sondern in einen steten Vermögen seyn / und bleiben mögen / so soll vor allen Dingen der Superintendent, und Collator, wann ein fürnehmher Bau von nöthen ist / der Kirchen Vorraath erneugen / und wie viel davon zum Bau gebraucht werden sollen / ordnen und schließen / die Einge pfarrten aber Ross und Hand-Arbeit darzu leisten / und was von deme / so von der Kirchen / wie obgemeldet / verordnet / nicht reicht / und man mehr zum Bau haben müß / das sollen NB. sie durch eine gemeine Anlage einbringen zc. ut

ut alia loca taceamus, quæ in hanc rem ex nostris Elect. Sax. LL. allegari possunt; ac ne dicamus de illis, quæ in aliis ordinationibus ecclesiasticis habentur. Atque si hac de re lis fortasse intercedat, illam ad Consistoriorum cognitionem pertinere, ex ordinatione Consistoriali Lips. & Witteberg. Was Sachen in das Consistorium gehörig u. verb: Alle Sachen / so der Kirchen / Schulen u. Einkommen / Nutzung / Gebäude / und Besserung u. satis appareat. Sane id, quod in usum ecclesiasticum a parochianis destinatum, &c in communione est collarum, jam res ecclesiastica facta est; atque ideo, si quid supereft, in alias usus converti non potest, cap. Semel Deo. de R. J. in 6. ibique Brunnem. & citra omne dubium ad Superintendentis curam simul pertinet; ut adeo dici nequeat, nihil hic interesse ecclesiæ, ejusque Ephori, cuius cura detegi possunt ea, quæ perperam in rationes relata, vel in illis omissa. Ob quam causam, si liberatio sine concursu Superintendens facta, propter rationes istius pecuniæ, nullo vigore ea gaudet; quipotius rationes istæ denuo coram omnibus, ad quos hæc res pertinet, putandæ sunt. Atque hanc praxin perpetuam harum regionum fuisse, tum ex rescriptis, quæ apud Carpz. loc. alleg. leguntur, cognosci potest; tum omnibus notum est, qui in foro ecclesiastico sunt versati. Re ad Potentissimum, ejusque Senatum supremum ecclesiasticum delata, 16. Jan. 1713, sequens rescriptum secutum est: Wir haben verlesen hören / was ihr / wegen der Pfarr-Bau-Rechnung zu L. welche von denen Gerichts-Herren / mit Ausschließung des Superintendentens zu N. abgenommen / und der Pfarrer des Orths darüber quittiret worden / untern 22. Novembr. und 14. Decembr. nächstabgewichenen Jahres / mit

mit Einsendung derer hierbey wieder zurückkommenden Acten/ unterthänigst anhero berichtet ic. Also ist / was die Sache an sich selbst belanget / der Superintendent von der Abnahme dieser Rechnung keinesweges auszuschließen / sondern es ist vielmehr dieselbe nochmals in Beyseyn ermitteltes Superintendents / und deren Gerichts- Herren vorzunehmen / und behörig zu examiniren ; Gestalt denn hiermit Unser gnädigstes Begehren / ihr wollet deshalb gebührende Verfügung thun. D davon geschicht Unsere Meynung.

## CAPVT VI.

*Utrum parochianidecimas, præ-  
sertim in mergitibus præstandas, ad horrea ec-  
clesiae, vel domum parochi portare  
debeant?*

**Q**uum *Malachias* populum Dei, quem penuria premebat, increpaverat, qvod decimas defraudaret, illiusque mali hanc, edixerat, causam esse. *cap. 3. v. 10.* ita eum, verbo Domini, alloquitur: *Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibus in domo mea &c.* Interpretatur hunc locum *Hieronymus* in commentario ad *Malachiam*, atque in hunc modum eum παραθέσει: *Ut autem sciatis, me hoc irascente perfectum, quia fraudatis me parte mea; hortor vos atque commoneo, ut inferatis decimas in horrea, hoc est, in thesauros templi, & habeant sacerdotes, atque Levitæ, qui mihi ministrant, cibos, & probate*

D

bate me, si non tantas pluvias effudero; ut cataracte cœli aperie esse credantur. Inseruit hanc Hieronymi commen-tationem Gratianus decreto suo C. Revertimini. 65. caus. 16. q. 1. atque ex ea communis Canonistarum schola concludit: decimas a parochianis, vel sumtibus eorum, ad horrea ecclæ-sie, vel domum parochi, deferendas esse, Gloss. verb. horrea in d. C. Revertimini, & C. Decimas c. 16. q. verb. horreum. Co-warruv. L. 1. Resol. c. 17. n. 8. Marescotti Resol. L. 2. c. 95. n. 34. Tellez ad c. 7. X. de decimis n. 6. & plures, qui ab his in partes vocantur. Non dubitant quoque nostrates, horum sequi sententiam, prout ex Carpz. L. 2. Jurpr. Eccl. D. 135. Brunnem. Jurpr. Eccl. L. 2. c. 6. §. 14. satis constat. E-quidem nos non fugit, esse, qui existimant, ex mente Prophetæ illud inferri non posse; quoniam in antecedentibus Malachias in eos saltem invehit, qui defraudatores decimarum erant, non vero in hos, qui suis sumtibus decimas perfolvere recusabant: nec Hieronymo, qui Ma-lachiam sequitur, istam sententiam tribuendam esse. Verum & illi quoque defraudant decimam, quam omnem, Deus voluit, interprete Malachia, in horreum suum in-ferri, qui adportare illam nolunt, & ministros Dei eo propellunt, ut sumtus, in decimam convehendam, faciant, sicque id agunt, ut decima accidatur. Hos ergo, & Prophetæ increpat, & Deus hortatur, ut non saltem patiantur, Sacerdores & Levitas auferre decimam, sed ut inferant, & quidem omnem, integrum, totam, non accisam, in horreum Domini. Et ita Hieronymum Pro-phetam intellexisse, nullum apud nos dubium est. Fa-ciunt pro hac sententia verba in dict. C. Revertimini: Ecce annus expletus es, & nihil in meos thesauros, sed in vestra horrea, comportasti. Quicquid vero horum sit, nostra non adeo

adeo interesse videtur, de sensu verborum Prophetæ, hic esse sollicitos, vel etiam Hieronymi: quum obligatio ipsa ad præstandas decimas, juris divini positivi universalis, atque nos strigentis, haud sit; prout alibi ostenditur, atque nuper id factum, in *Dissertatione Præsidis de Clerico Clericum non decimante*, §. 6. Sufficere itaque nobis posse videtur, si, ut ex jure humano scripto vel non scripto decimarum ipsa præstatio inter Christianos penderet, ita modus quoque præstanti decimas, ex iisdem humanis institutis, definiri queat. Ex quo tamen non negamus, haud male fieri, si postquam hæc instituta divina ad populum judaicum spectantia, receperimus passim in ecclesia Christiana, eadem etiam circa modum admittamus. Scilicet, ut diximus, communis sententia locum in *Gratianus* Decreto, quod jam ante plura secula usu invaluit, & in judiciis autoritatem confecutum, atque apud Evangelicos, ubi conscientiis non refragatur, vel aliud obstaculum se non objicit, retentum est, ita interpretata est, ut ad horreum ecclesiæ, vel ædes parochi, decimæ a parochianis, vel eorum sumtibus fint advehendæ. Quæ quidem res in ordinat. eccles. passim comprobatur. Quorū pertinet Constit. Elect. Sax. Art. gener. 21. Was man den Pfarrern und Schreibern auf den Dörffern vor Korn und Haber zinset/ soll alles in des Pfarrers und Custodis Hauss auf einen Tag gebracht werden. & Decretum Synodale de anno 1624. §. Neben deme soll die Obrigkeit. vers. In denen Dörffern aber des Pfarrers und Custodis Zins Gedreydigt in ihre Häuser auf einen Tag bringen x. conf. Decret. Synod. revis. §. 58. Quæ quidem leges adeo sollicitæ sunt pro conservanda integritate decimarum, ut decimas granorum admitiri jubeant in præsentia Sculteti, & Scabino-

D 2

rum,

rum, nec dominis permittant fructus auferre ex agris, insciis pastoribus, aliisque quorum interest, & decimis nondum præstitis, vid. Art. generali 22. in quo & alia in hanc rem constituta reperies, Decret. Synod. de ao. 1624. §. Wie auch keiner ic. & revisum §. 58. 59. Carpz. L. 1. J. P. Eccl. D. 130. Interim facile largimur, per confuetudinem, vel legem novam, contrarium induci posse, prout & ipsa præstatio decimarum, utpote, cuius necessitas inter Christianos ex jure humano est, ita tolli potest; imo nec ubique est admissa. vid. dict. in *Differ. Pr. s. alleg. Canisius ad Tit. de decimis c. 7. §. 3.* *Rebuffus de decimis qv. 13. num. 50.* Dn. Stryk. ad Brunnem. *Jus Eccl. L. 2. c. 6. §. 14.* Illud vero meminimus, disceptatum fuisse coram Consistor. Viteb. in causa inter S.Z. & E.L. A.N. MDCCXII. ventilata: utrum ista, quæ diximus, tantummodo ad decimas in granis præstandas, (Sack-Zehenden) num vero etiam ad decimas in mergitibus, vel manipulis offerendas, (Garben-Zehenden) pertineat? Volebat scilicet ille, qui decimas præstare debebat, nostram sententiam restringere ad decimam granorum, in quam rem loca a nobis superius excitata, ex nostris LL. Saxonis allegabat. Dicebat enim, in illis, ubi de adportatione ad domum constitutur, agit tantum de granis, atque illis rebus, quæ admetiri debent: quale, quid de mergitibus, vel manipulis, qui adnumerantur, dici non potest. Ubi vero agitur de decimis in mergitibus præstandis, ut in §. 59. *Decret. Synod. revif. & in §. Wie auch keiner. Decret. Synod. de ao. 1624. & general. Art. 22.* nihil haberis de advectione ad ædes ecclesiæ, vel pastoris, sed loqui tantum textus von überleffern/ und zustellen/ entrichen des Zehendens: quæ verba hunc sensum haberent, sufficere, si decimæ ecclesiæ, vel pastoribus in agris offerrantur,

rantur, assignentur, tradantur, dominique agrorum  
 patiantur illas auferri; cæterum curam avehendi paro-  
 chis, vel ecclesiæ curatoribus relinqu. Verum nescio,  
 an hæc serio, an secus dicta fuerint? Sane oblatio, as-  
 signatio, traditio adeo non tollit, vel denegat deportatio-  
 nem ad domum; uti unius positio, non statim est alteri-  
 us negatio. Eadem ratio utroque casu militat, quæ in  
 conservatione integratris decimarum posita est: & ideo  
 licet de adportatione mergitum nihil speciatim nostræ  
 leges dicant; Legislatorum Serenissimorum tamen mens,  
 quæ ex ratione colligenda, ad hanc quoque speciem  
 procul dubio respexit. Plane juris Canonici textus ge-  
 neraliter de decimis, quæ ratione fructuum agri in ma-  
 nipulis, vel mergitibus regulariter præstandæ, loquitur,  
 & generaliter ab omnibus intelligitur: neque in quem-  
 quam incidimus huc usque, qui inter decimas istas hac  
 parte distingvat; quamvis id facile largiamur *Covarru-*  
*die dict. l.* quod eo casu, ubi magno sumtu, & labore in  
 loca longinqua decimæ advehendæ essent, communis  
 juris regula limitationem pati poscit. Atque ex isto  
 jure Canonico nostræ leges, quæ ex illo sunt desumptæ,  
 explicari debent; nisi apertissime ab isto recedant. *conf.*  
*Rugnyon de LL. L. abrog III. c. 126. ibique Christm. Werndle de De-*  
*cim. L. II. c. 4. q. 2.* Quamobrem hæc sententia applausum  
 non meruit; quamvis in causa dicta, propter circum-  
 stantias certas, tantummodo ecclesia tunc quidem vi-  
 cerit in possessorio summario, reservato adversæ  
 parti ordinario, & petitorio judicio.

## CAP. VII.

*De præstationibus dotalium ec-  
clesiae, & foro circa has causas  
competente.*

1. **D**e colonis, & villicis ecclesiarum, earumque condicione, apud veteres, varia habet *Bignonius ad lib. 1. Marculfi Form. p. 295. 335. ac Zieg. de Dote Eccles. IX. & XII.* Hi vero coloni, vel villici cuinam jurisdictioni subjaceant, apud Canonistas varie disputari solet. *Felino* vistum est, horum forenses contentiones utique ad profanorum judicium notionem pertinere, *in cap. 2. X. de for. compet. ex Gloss. in Can. judicatum. 89. distinet. dempto duplice casu,* si ecclesia speciali privilegio jurisdictionis quoad suos etiam colonos subnixa sit; aut si de eo trahantur in judicium rusticci, quod ab ecclesia utendum acceperint. Est & tertia exceptio apud *Felimum*, vel potius ejus commentatorem d. l. quando tales rusticci habent generalem administrationem, cuius respectu stare necesse habent coram judge ecclesiastico. Quæ quidem exceptiones suis fundamentis non destituuntur, ceu ostendit *Zieg. d. l. c. 12. §. 32. 33.* Gallia tamen illos non admittit, ut post *Bugnyon. de LL. abrogatis L. V. c. 41.* docet, *Choppin. de pri-  
vileg. rustic. Lib. 3. c. 1. n. 4.* ubi tamen colonos excipit, quales antiquitus in usu habuit ecclesia adscriptitios, ser-  
uosque perpetuos. De dotalibus, (*Pfarr-Bauern*) qua-  
les pastim hodie in his regionibus dantur, sepe in Consistoriis Saxoniciis, Vitembergeni præsertim, quæ-  
stio

stio incidit: ad quod forum referendi sint? Quales quaestiones plerumque multis dubiis involvuntur, tum ob diversam conditionem dotalium, Zieg. c. IX. XII. de dor. Ecc. tum etiam ob defectum monumentorum; ex quo fit, ut de origine, ac quo jure ad ecclesiam pervenerint, non constet. Interim regulariter illi, qui proprie, & vere dotales ecclesiæ sunt, qui in huncce scilicet finem ecclesiæ agris in dotem datis ab initio mancipati, aut adhuc mancipantur, exempti censentur a jurisdictione seculari, atque ecclesiastice vindicantur. vid. omnino Zieg. d. l. c. 12. §. 37. Carpz. d. Eccles. L. 3. d. 307. Praejudiciis, quæ a Carpzovio & Zieglero adducuntur, sequens adjicere lubet ex Actis Confistorii Witteb. in causa Pastoris E. & Jo. Georg. K. in H. Ita autem in eo pronuntiatum fuit d. 12. May 1699. Würde Klägers Principal, daß Johann Friedrich T. sein Pfarr-dotalis sey / vermittelst Eydes erhalten / und dergestalt in supplementum schweren / immassen ihm vor allen Dingen zu thun oblieget; So hat er/ so viel diesen Punct betrifft/ dasjenige / so ihm zu bescheinigen auferlegt / und er sich angemasset / zur Nothdurft bescheinigt. Derowegen Beklagter sich der Jurisdiction über denselben zu enthalten / und mit Absforderung einiger Gaben / und Dienste/ außer so viel er/ iedoch nach dem unveränderten Erb-Register/ zu leisten gehalten / zu verschonen schuldig. Cumque postea Pastor in supplementum jurasset; quoad servitia vero, quæ ex libro censuali petebat Nobilis, leuteratione usus esset, duplex sententia secuta est in hæc verba, die 27. Sept. 1699: Dieweil Kläger dem den 20. May dieses 1699. Jahres eröffneten Rechtskräftigen Urtheil zu folge/ nunmehr eydlich erhalten/ und daß Johann Friedrich T. sein Pfarr-dotalis sey / in supplementum geschwöhren/ So bleibt es bey an-  
gereg-

geregtem Urtheil / jedoch außer dem von Klägern geläuterten  
 Punkte schlechterdings billig von Rechts wegen. Et altera:  
 Nummehr aus denen Acten so viel zu befinden / daß Beflag-  
 ter Johann Friedrich T. auch mit denen in dem unverän-  
 derten Erb- Register enthaltenen Diensten zu verschonen schul-  
 dig. Ratio vero hujus correctoriae hæc erat , quod ap-  
 parebat , librum censualem non eo modo esse confe-  
 ctum , ut ex eo servitia probari possint. Alias enim fie-  
 ri potest , ut ille , qui dotalis est , & exemptus a jurisdic-  
 tione seculari , præfecturæ , vel nobili , cui alias jurisdic-  
 tio in pago competit , servitia , & operas quasdam etiam  
 præstet ; quod præjudicio Lipsiensium firmat Schilt. Ex.  
 6. §. 24. Quando vero ejusmodi dotales exempti sunt a  
 jurisdictione seculari , plerumque Consistoriis Ecclesia-  
 sticis immediate subjiciuntur . Ziegl. de dote Eccles. c. 12. §. 38.  
 Carpz. Lib. 2. Def. 307. Est tamen , ubi & parochus inter-  
 dum in illas exerceat jurisdictionem , quale exemplum  
 allegat Schilt. d. l. alia vero passim extant. Contigit et-  
 iam , ejusmodi dotales alterius parochi esse parochianos ,  
 & hujus cura animarum frui. Cum itaque parochus  
 talis ab illis exigeret , ut agrum parochianum colerent ,  
 justa accepta mercede , contradiceret vero ille parochus ,  
 cuius dotales erant , ad generale Decret. Synod. de ao. 1624.  
 §. Wie auch ic. & revisum de ao. 1674. §. 70. provocans , qui-  
 bus ne dotales novis servitiis onerentur , cavitur ; re-  
 spondit Ordo Jur. Witteb. non iniquam esse petitionem  
 parochi , curam animarum gerentis , propter T. 27. gen.  
 artic. juxta quem omnes parochiani agros parochi sui  
 usui destinatos , æqua mercede colere debent ; quod ita  
 tamen temperandum , ut tum demum exactio hæc fieri  
 possit , a dotalibus alterius parochi , si alias operam suam  
 aliis

aliis locent; non vero tunc, quando vel proprius, vel parochi, cuius dotales sunt, ager est colendus. Atque sic non peccatur adversus decreta Synodalia, quæ modo excitata sunt. Responsum D. C. S. Martini Sup. & Pastor. Libenwerd. M. May 1697. datum legi potest in *Consil. a Dn. Pres. editarum CL. I. N. 4.* ubi aliud simile præjudicium etiam adducitur. Etsi vero Decreta Synodalia ita cavent: Wo auch Pfarr-Dotales oder gewisse Frohn- und Dienst-Leuthe der Pfarre seyn/ die sollen ihre schuldigen Dienste zu leisten von der Obrigkeit angehalten/ darneben aber mit neuen Diensten und Beschwehrungen von andern keinesweges belegt werden: nihilominus tamen videmus, s̄epius hac de re tum pastores, tum dotales queri, quibus a nobilibus, vel præfectis, vel aliis dominis, nova servitia, & onera imponuntur; per quam rem inidonei redduntur, ad ea præstanta ministris ecclesiæ, quæ debentur. Ex quo illud evenit, quod ex matricula ecclesiæ filiæ in pago Ukro adduxit Zieg. d. l. c. 13. §. 24. Welchen Mann nun der Juncker neben denen andern seinen Unterthanen daselbst nicht öffter/ dann schier alle Tage/ gebracht/ daß er also dem Pfarr nicht dienen kan. Quod dum sit, queritur: ad cuius fori cognitionem, & decisionem hæc res pertineat? Namque experientia docet, præfatos, vel nobiles, vel alios jurisdictionis dominos, si ad Consistoria ob hancce rem evocentur, præscriptione fori uti, existimareque, hanc cognitionem secularis judicis esse, neque se tanquam世俗的 personas propter eas ad forum ecclesiasticum trahi posse. Verum enim vero has partes ad judicem ecclesiasticum spectare, recte defendit B. Zieg. noſter de dote Ecclef. cap. 12. §. 43. Servitia enim, aliæque præstationes, quibus dotales obnoxii, in-

tuitu parochi, partem salarii ejus constituunt, pro cuius conservatione, casibus istis, est pugnandum: interest enim omnino ecclesiæ, ædes habere liberas, quam ab alio occupatas, aut onere gravatas. Nunc vero in *Constitutio Eleæt. de Consistoriis Lipsiens. & Vitemberg.* sub rubr. Was Sachen in das Consistorium gehörig s. diserte habetur: omnes causas, quæ ministrorum ecclesiæ salarium concernunt, coram Consistoriis tractandas esse. Et sic hac parte, si non ratione personæ, ratione cause tamen forum fundatur. *Carpz. Jurpr. Eccl. L. 3, D. 2. & 3. Schrader. de caus. Eccl. t. 4.* Atque si dicas, incertum esse, utrum servitia noviter impetrata, impediatur servitia, ministris ecclesiæ destinata: certum tamen est, servitia ecclesiæ ministro deberi, item vero de his rebus ad cognitionem ecclesiasticam pertinere. Et ideo certum post se trahere debet, id, quod incertum est; non id, quod incertum, illud, quod certum. confirmat sententiam suam *celeberrimus Ziegli. prejudicio notabili Theb. 44.*

## CAP. VIII.

I. *Agitur de præstatione des Häussel-Groschens; & qua ratione a parentibus & liberis separatis ea fieri debeant?* II. *De nummis missalibus, Opfer-Geld.* III. *De panibus præstandis.* IV. *Novitios & dificatores, Neu-Häusler/novorum molendinorum possessores, ad hujusmodi præstationes teneri.*

Solent

**S**olent ac debent *bubarii*, seu *mansarii* parochis decimas, vel censum, vel etiam panes annuatim dare. Quia vero hoc ab illis, qui agros, mansos, vel hubas non possident, sed tantum tugoriola inhabitant, vel etiam in aliorum villis, vel ædiculis jure conducti degunt, commode fieri nequit, leges ecclesiasticae nostræ in *Art. gener.* 24. jubent: ut ejusmodi patresfamilias pastori annuatim 18. nummos pendant. Imo juxta eandem legem quilibet etiam ludimoderatori 6. nummos per annum dare debent. Serenissimus Legislator rationem hujus rei his verbis reddit: Demnach beyde / Pfarrer und Glöckner in der Seelsorge / als Tauffen / Kranken zu besuchen / Beicht hören / und Sacramenten reichen / mit ihnen nicht weniger Mühe / denn auch mit den Hüßnern haben / und tragen müssen / derselben auch oftmalhs in einer Kirchfarth bey hundert / weniger oder mehr sind. Hæc præstatio fit a patresfamilias nomine totius familiae, quod verba indicant: vor ihnen selbst / ihren Weibern / Kindern / und Gefinde / qua parte differt a nummis missalibus, von Opffer-Geld / de quibus *Art. 23.* 2. *gener.* loquitur, secundum quem quilibet e parochianis & eorum familia, qui annum 12. attigit, parocho quilibet anni quadrante unum nummum, & sic annuatim quatuor solvere deberet. Circa quam utramque rem tamen observandum; per speciales locorum mores, vel parœta quantitatem harum præstationum interdum variare. *Conf. Rev. Syn. Decret. §. 64.* Ubi tamen de his certo non constat, secundum regulam juris provincialis illa præstatio fieri debet. Quia vero sape contingit, parentes liberis ædiculas concedere, habitatione sibi, vel quibusdam aliis reservatis, vel etiam liberos, elocatos una cum parentibus in horum propriis, vel conductis ædibus habi-

E 2

tare,

tare, quæstio oritur: utrum parentes sigillatim, atque etiam liberi præstationem illam, Häusel-Geld / Häusel-Groschen/ quam vocamus, denuo subire debeant; quod pastores, ludimoderatoresve petere solent, denegare autem isti, ideo, quod præstatio hæc ratione unius familiæ unica sit, una autem familia sit parentum & liborum. Res eo credit, utrum parentes & liberi ita a se in 4. vicem separati sint, ut una familia amplius censeri nequeat; & tum parentes, tum etiam liberi, separatam cœconomiam, eigene Haushaltung und Nahrung / ut loquitur Constit. El. Sax. 10. P. II. habeant? Hoc enim si affirmari potest, utique duplex præstatio necessaria est; sin minus, simplex. Separatio autem familiarium ex eo æstimanda est, si & parentes, & liberi separato convictu utantur, Carpz. L. I. D. 107. licet simul habitent, atque etiam, quod sæpe fit, eodem utantur foco, vel igne. Namque diversitatem foci vel ignis præcisè hic requiri, ut aliqui volunt, non putamus. Diversitas enim vietus, & sic familiæ jam adest, si unus suo sumtu vietur querat, sibi comparet, præparet, eoque utatur, alter vero hæc omnia separatim etiam faciat. Communis vero usus foci, non magis infert communionem familiæ, quam communis habitatio: ex qua communionem familiæ æstimandam esse, nemo dicet. Atque ideo Consistorium Vitebergense sæpius, quando de hac re disputatum est, ad communionem mensæ, & patinæ respexit, nulla habita ratione, an parentes reservata, Auszug / habeant, vel liberi parentibus operas præstent, prout exempla, 5. quæ subjecere visum est, docent. Ita enim in causa der Gemeinde zu Dubro / & Bernsdorff contra pastorem, & ludimoderatorem ibidem judicavit die 15. Aug. 1710. Dass hier nechst

nechst diejenigen Eltern / so bey ihren Kindern einen Auszug/  
 und unterschiedenen Tisch und Schüssel haben / ingleichen die  
 Kinder / so bey denen Eltern zwar wohnen / jedoch ebenmässig  
 sonderlichen Tisch und Schüssel halten / das Häusel-Geld  
 Bell. und Mitbel. zu entrichten verbunden ic. Deinde cum  
 in pago Sizeroda de hac re lis incideret, 22. Octobr. 1710.  
 ad Superintendentem, & Präfектum Torgaviensem se-  
 quentem in modum rescriptit: Allermassen nun denen ge-  
 neral Articuln, darinnen das Häusel-Geld geordnet / gemäß/  
 daß diejenigen Eltern oder Kinder / welche nicht eine fami-  
 lie und Haushaltung / sondern unterschiedenen Tisch und  
 Schüssel haben / das Häusel-Geld / so viel iedes Orths  
 eingeführet / unangesehen / ob die Eltern einen Auszug ha-  
 ben / oder die Kinder denen Eltern Dienste leisten / oder nicht/  
 dem Pfarr absonderlich entrichten / hingegen / wenn die Kin-  
 der / so gehyrathet / annoch an der Eltern / oder diese an  
 der Kinder Tisch sind / ungeachtet die Kinder ihrer Nah-  
 rung sonst nachgehen / oder die Eltern einen Auszug ge-  
 niessen / oder auch Häufigen einbauen / das Häusel - Geld  
 von der ganzen Familie / welche solcher gestalt annoch vor  
 eine / und unabgesonderte in Rechten gehalten wird / ein-  
 mahl abzugeben ist / das Opfer - Geld aber von jeder Per-  
 son / so Innhalts der generalien das 12te Jahr erreicht /  
 also nach Anzahl der Personen / folgends auch / wenn ein  
 Ehegatte verstirbet / mehr und weniger / so viel bey einem  
 ieden des Orths gebräuchlich / gegeben wird. So begehr-  
 ren an statt ic. ihr wollet beyde Theile / den Pfarr und  
 die Gemeinde hierauf / und daß sie sich also darnach rich-  
 ten sollen / bescheiden. Placuit præter hæc addere quæ-  
 dam de prestatione panum. Egerat pastor in Langen-  
 grassau contra die Gemeinde daselbst propter panes præ-  
7.

standos , atque hanc sententiam condemnatoriam obtinuerat : Dass Beklagte / ihres Einwendens ungeachtet / nach Inhalt des revidirten Synodal - Decrets §. 66. jährlich ein Haßbacken - Brod Klägern hinführö zu entrichten / sowohl den Werth dafür von der Zeit / da derselbe als ordentlicher Pfarrer confirmiret worden / zu erstatte schuldig. Quum hæc sententia , Mensl. Decembr. 1709. enunciata , vim rei judicatae adepta , victor pastor panes hosce etiam ab hortulanis , & tugorjolia inhabitantibus , Gärtnern und Häuslern exigebat ; quoniam scilicet sententia , adversus totam universitatem lata , cuius pars sunt hortulani , reliquie , quos diximus . Hi e contrario reponebant , non esse captanda verba enunciati illius , sed eo sensu accipienda , quam lex permettet , ad quam judex procul dubio animum intendisset . Jam autem , dicebant porro , legem , articulum nempe 24. generalem , it. d. §. 66. illis injungere præstationem panum , qui hubarii dicuntur , vel fundos posident , quos colere posunt , decimas autem , vel censum pastori non præstant ; quales se non esse , profitebantur . Obtinebant etiam in 8. Consistorio Vitebergenfi sententiam , quam Facultas Lipsiensis conscriperat : Dass nur die Hüffner jährlich ein Haßbacken - Brod zu entrichten schuldig / die Gärtnern und Häusler aber damit zu verschonen . Equidem non definita est hæc decisio , ut ex dictis appareat , suo fundamento ; rem tamen non plane exhaustit . Leges enim nostræ , quas excitavimus , de hubariis , vel mansariis , iisque totalibus haud absisse loquuntur ; sed etiam de rusticis in genere , welche Acker - Bau und andere liegende Gründe haben . Quum itaque pastor diceret , quosdam ehor-

e hortulanis reliquisque agros possidere, existimavit Ordo  
 Juridicus nostras, æquum esse, eos ab his præstationibus,  
 pro quantitate agrorum, non plane immunes relinquiri.  
 Creditum tamen est non minimum aggellum sufficere,  
 sed eum, qui saltem dimidium manfi, vel hubæ con-  
 ficiat. Ita enim i. Aprilis 1713. illo Ordine auctore a Con-  
 fistorio est pronunciatum: Würde nun Kl. seit fol. 178.  
 besindliches Vorbringen/ und daß Christian Schneider und die  
 übrige fol. 180. benannte Personen nicht Gärtner oder Häus-  
 ler wären/ sondern jeder unter ihnen wenigstens eine halbe  
 Hufse Landes besäße/bescheinigen/ immassen ihm binnen Säch-  
 sischer Frist / ermeldten Schneiders/ und Consorten Gegen-  
 Bescheinigung in ebenmäßiger Frist vorbehältlich/ zu thun  
 oblieget / so ergehet auch diesfalls ferner/ was Recht ist ic.  
 Contingit vero saepe, ut in pagis ædicularæ novæ ponan-  
 tur, ubi antea nullæ fuerunt, nova etiam molendina  
 &c. exstruantur, quorum inhabitatores, hæc, & similia  
 onera, detrectare conantur, sub prætextu quod antea  
 ex hisce locis nihil præstitum. Sed hæc denegatio ma-  
 xime iniqua est, & repugnat tum verbis, tum rationi  
 Constitutionum ecclesiasticarum. Namque Art. 24. ge-  
 neralis illud idem vult, ut illi, qui tales noviter imposi-  
 tas ædes inhabitant, præstanta præstent. verb: und nach-  
 mghls kleine Häuslein darauf gebauet. Deinde §. 63. Decre-  
 ti Synod. revisi diserte jubet: Dass von denen neuerbaueten  
 Mühlen dem Pfarrer etwas gegeben werden solle/ addita rati-  
 one, weil durch dieselben ihre Mühe vernehret wird. Atque,  
 quæ ex Art. gener. 24. supra adducta ratio est, in huncce  
 casum utique cadit. Hæc in præsentiarum de præstationi-  
 bus parochianorum, & dotalium sufficiant. Deo immor-  
 tali pro largiter concessis hucusque viribus, devo-  
 tissimas persolvimus gratias.

## COROLLARIA.

1.

Juramentum non est species probationis.

2.

Justitia non recte definitur: Habitus, quo ad iusta gerenda homines efficiuntur idonei.

3.

Juris in re non nisi una datur species, nempe dominium.

4.

Negotiorum gestor, ad præstationem usuram ex pecunia domini non tenetur, nisi eam administraverit, indeque lucratus fuerit.

5.

Molendina pnevmatica sunt immobilia.

6.

Res pecunia dotali comparata non fit dotalis.



**ULB Halle**  
005 361 737

3





8					
7					
6					
5					
4					
3					
2					
1					
Inches					
1					
2					
3					
4					
5					
6					
7					
8					
9					
10					
11					
12					
13					
14					
15					
16					
17					
18					
19					
20					
Centimetres					
1					
2					
3					
4					
5					
6					
7					
8					
9					
10					
11					
12					
13					
14					
15					
16					
17					
18					
19					
20					

### Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

6.8. num 21.

D. B. V.

ENISSIMO PRINCIPE, AC DOMINO,  
**FRIIDERICO AVGVSTO,**  
 PE REGIO, ET ELECTOR. SAX. HEREDE,  
 ET RELIQVA,  
 E ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,  
 CAPITA QVAEDAM  
**IS ECCLESIASTICI**  
**CONTROVERSI**  
 CIRCA  
**AESTATIONES**  
**IANORVM, ET DOTALIVM,**  
*PRAESIDE*  
**RE HENRICO HORNIO, JC.**  
 S. REGIS POLONIARVM IN ELECTOR.  
 OCULATIONVM SENATV CONSILIARIO,  
 T. JVRID. ORDINARIO, ET SENIORE,  
 AG H. T. DECANO,  
 PRO  
**GNITATE DOCTORAL**  
 OBTINENDA,  
 NI RITV, IN AVDITORIO MAJORI,  
 XVIII. NOVEMBR. M DCC XIII.  
 ANTE, ET POST MERIDIEM STATIS,  
 DISPVTAATVRVS PROPONIT  
**VNES LVDOVICVS NICOLAI,**  
 DRESDENSIS.  
 MBERGÆ, LITERIS GERDESIANIS.

